Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36452
Copyright: Melk, Benediktinerstift

et faciat antecedere eos signum crucis. et superue
nies cum suo exercitu super barbaros.
et inuenit eos uagantes in romanie parti
bus. et erant secus danubium. Videns autem
quia multitudo erat innumerabilis con
tristatus est ualde. et timuit usque ad mor
tem. Illa uero nocte uenit uir splendidissi
mus. et suscitauit eum. dixitque ei Constan
tine noli timere. sed respice sursum in celum
et uide. Et intendens in celum. uidit signum
crucis christi ex lumine claro constitutum. et
super litteris titulum scriptum. in hoc uince. Vi
dens autem signum hoc rex constantinus. fecit
similitudinem crucis quam uiderat in celo.
et surgentes impetum fecerunt contra barbaros.
cepit concidere eos prima luce. Et timen
tes barbari. dederunt se in fugam per ripam
danubii. et mortua est non minima multi
tudo. Et dedit deus in illa die uictoriam regi
constantino. per uirtutem sancte crucis. Veni
ens autem rex constantinus in suam ciuitatem.
conuocauit omnes sacerdotes deorum uel idolorum.
et querebat ab eis cuius uel quis deus esset.
cuius hoc signum crucis esset. et non poterant
ei dicere. Et quidam ex eis respondentes dix
erunt. Hoc signum celestis dei est. Audi
entes autem pauci christiani qui erant eodem
tempore. uenerunt ad regem constantinum.
et euangelizauerunt ei misterium trinitatis
et aduentum filii dei. quemadmodum natus est
et crucifixus. et tercia die resurrexit.
Mittens autem rex ad siluestrum episcopum
urbis rome. fecit uenire eum. Qui cathe
cizans eum. fidem christianorum et omnia dei
misteria docens. baptizauit eum in no
mine ihesu christi. et confirmatus est in fide ihesu.
et iussit edificare ubique ecclesias christi. tem
plaque deorum destrui. Et erat beatus consta
ntinus perfectus in fide. et seruiens spiritui
sancto. et exercebatur in sanctis euangeliis. Cum
didicisset autem a sanctis euangeliis ubi esset
dominus crucifixus. misit matrem suam helenam.

ut exquireret sanctum lignum crucis christi. et in
eodem loco ecclesiam edificaret. Gratia autem
sancti spiritus requieuit cum beatissima matre con
stantini imperatoris helena. Hec in omnibus
scriptis sanctis se exercebat. magnamque in domino
ihesu christo possedit dilectionem. Postmodum
autem a saluatore sancte crucis lignum exquisiuit.
Cum legisset autem intente de aduentu hu
manitatis saluatoris nostri ihesu christi. et cruci
cius assumpcione. et a mortuis resurrectio
nem. non est passa donec uictorie christi in
ueniret signum. ubi dominicum et sanctum confectum
est corpus. Inuenit autem illud hoc modo. Vige
sima octaua die secundi mensis sanctam ciuitatem
hierusalem introiuit una cum exercitu max
imo. congregansque circa iudeorum gentem.
non solum eos qui in eadem erant ciuitate.
sed et qui in circuitu erant in castellis. et
in possessionibus uel ciuitatibus iudaicis con
gregari precepit. Erat autem deserta in tempore
illo. Unde contigit ut inuenirentur omnes
iudei tria milia uirorum. Quos conuocans
beatissima helena dixit. Cognoui de sanctis propheti
cis libris quia fuistis deo dilecti. sed quia re
pulistis sapienciam. et eum qui uolebat de ma
ledicto uos redimere maledixistis. et eum
qui per sputum oculos uestros illuminauit im
mundis sputis iniuriastis. et eum qui mortu
os uestros uiuificauit in morte tradidistis.
et sicut socios simul lumen et tenebras. ue
ritatem et mendacium existimastis esse. per
uenit in uos maledictum quod in lege uestra scrip
tum est. Nunc autem eligite ex uobis uiros
qui unanimiter diligenter sciunt legem. ut respon
deant mihi de quibus interrogauero eos. Qui re
cedentes cum timore et multam questionem inter
se facientes. inuenerunt ex eis qui dicebant
se scire legem uiros numero mille. et ad
beatissimam helenam ducentes statuerunt eos.
perhibentes testimonium eos legis scienciam